Quaestio Quodlibetaria agitanda In Scholis Medicorum die Jovis VIIIa Januarii.

Gerardo Denisoto Moderatore.

An facultas Nutrix omni viventi Necessaria?

Ex Elementorum mutuâ inter se temperie, qualitas exurgit omnium actionum operumque effectrix; et in toto Corpore et in singulis eius partibus: cum in plantis non obscure, tum evidenter in animalibus [illegible] quas Cor habens, nativi Caloris fontem, qui per manifestos arteriarum rivos vitam sibi propriam non tantum [illegible], sed et [illegible] omnibus summis et infimis suae [illegible], quibus et tueri se, amplificare, atque decorare possint, atque adeo caduca individua in aeternum propagare.

Nascuntur ergo ex Elementis potentiae quarum primas in regenda Corporis huius republica duas sunt, Naturalis in Hepate sitam, Animalis in Cerebro habentes domicilium; quae a Cordis arce acceptum imperium eius [illegible] Monarchiae [illegible] omnibus membris vitae beneficium conferentes. Cerebro quidem sensum motumque atque Cognitionem; Jecori vero Sanguificationem, quae non modo sibi ipsi, et ceteris partibus [illegible] immo triplicis [illegible] defectura, [illegible] ad aeternum, augetque ad tempus, sed et deciduo ex omnibus seminio, suo [illegible] singula [illegible] interitura ista perenni successione nunquam defutura.

Triplex omnino viventium genus est, vitae atque adeo mortis ab una eademque causa participes, quorum quaedam alimento natura suae maxime familiari e terra per radices attracto, contenta, nunc breviorem, nunc longiorem, quam animalia vitam producunt. Alia sensu praedita, [illegible] cibo potuque, caloris beneficio nativi per [illegible] diffuso vitam propriam conservant, [illegible] partes divisae vitae [illegible] aliquantulum retinent: perfecta vero a Corde cum spiritu et calore influentem recipiunt, in hac quidem perspicuum, in homine tamen omnium perfectissimo non vitae tantum plantalis, non sensus et motus, verum etiam Cognitionis participes, aptetur magis.

Unde Plantis quidem pro ventre terra est, radices pro Corde. Animalibus imperfectis quidem ad sensum motumque [illegible], perfectis autem facultas Nutrix cum ex Hepate principatum resumens, alimento actioni suae accedente fruitur, quod quia concoqui antequam Corpori [illegible] necessarium est, triplicem ipsius Concoctionis officinam Natura tribuit, quarum prima in ventriculo Cibi, potusque receptaculo celebratur: quo cibus a nativo non modo ipsius calore, sed etiam tota [illegible] et insita proprietate transmutatur in Chylum nullius partis nutritioni idoneum. Altera in Hepate quae 4or simul humores qualitatibus differentes, solius parenchymatis virtute producit, quorum eandem esse in massa rationem, quae Elementorum in mixto existimandum est. Tertia in omnibus Corporis particulis quae solus ad nutriendum sanguis accedens, circum partes affunditur, agglutinatur, assimilatur, ac demum propria vertitur natura.

Quae cum ista sint officia, plane quandiu vivit animal, tandiu nutriatur, [illegible] alimento vivere quidem, neque in secunda neque in adversa valetudine possit, cumque triplici [illegible] constent omnium animalium Corpora, spirituosa, molli, et solida; eaque partim ab ambiente, partim a nativo Calore qui Elementaris est, dissipentur, [illegible] assidue, sunt profecto cuique instauranda [illegible] alimentum (quod ex dulcium genere esse debet, [illegible] ipsa corpori assimiletur, eiusque nativum calorem augeat) [illegible] spirituosis spirituosum, [illegible] humidis humidum, ac solidis solidum. Circa quas omnia ista occupatur facultas nutrix, [illegible] intermissio opus igne et aqua consumptis, fatalem atque inevitabilem animantis interitum [illegible] expectare oporteat.

Ergo facultas nutrix omni viventi necessaria.

Proponebat Petrus Pijart parisinus. 1587

Domini Doctores disput.

M. Joannes le Moyne.
M. Stephanus du four med. Reg.
M. Claudius Boguin.
M. philippus Ardouin de St Jacques.
M. Joannes Cottreau.
M. Claudius fauvelet.
M. Joannes faber med et prof. Reg.
M. michael Marescot.
M. Philebertus Laudenot med. Reg.

BIBLIOTHEQUE